

VIII

nosse, ab eoque ipso possit immediate doceri: *εχότι τον πατέρα της εὐ-
γάνε*: quod nemini contingit praeter eum, qui semper Deo proximus
est, οὐν παῖς τῷ Θεῷ, qui que solus intimam habet et penitissimam arcano-
rum patris consiliorum cognitionem; *ετος εὐρανε τὸν πατέρα*. Hoc enim
ex vſu hebr. significat *τον οἶκον*, vt supra v. 30. quod idem est saepe ac
γικωσκειν Ioh. III, 6, familiariter aliquem nosse, eiusque animi secreta
scire. Atque talem cum Christus habeat coniunctissimam cum patre con-
fuetudinem, quis fido illi secretorum eius arbitro et interpreti non spon-
te credat, eiusque aequo se animo institutioni committat? cum tanta no-
bis ab eo data sit promissio v. 47, quicunque in me credit, certam iam
habet spem vitae aeternae: *εχεις ζωὴν αἰώνιον*. Eamque ob causam Chri-
stus ait v. 48, ego sum panis vitae; siue talem ego vobis cibum trado,
quo qui vescitur, aeternum vivet, quod idem est sensu tropico, quam quod
ante verbis clarioribus enuntiauit: ego sum autor salutis, in quem, qui
credit, saluabitur.

Sic igitur Christus, quod supra v. 30. postularunt Iudei, signum, in
se ipso exposuit, simile illi, quo Mosaicam maiorum suorum religionem
a Deo fuisse nobilitatam iactarunt v. 31., immo longe praestantius cibo illo
coelesti, quo adeo se ostentare solebant. Hoc enim vietu nutriti in deser-
to, sempiternam tamen sibi vitam comparare nullam potuerunt, nedum
beatam, cum morte iam sint omnes extinti v. 49, οἱ πατέρες υμῶν εὐρα-
γόν το μαννα, καὶ απεθανον. In me vero, ait v. 50, eiusmodi habetis pa-
nem de coelo, i. e. talem ego vobis viatum offero, quo, qui vescuntur,
nunquam morte peribunt sempiterna: *ιατίς εἰς αὐτὰ φαγή, καὶ μη απο-
θανή*, siue quod idem est, ex ipsa eius interpretatione v. 47. praemissa:
quicunque in me credunt, meaque recte vtuntur institutione, vitam con-
sequentur aeternam, ad quam extremo die eos resuscitabo. Atque hoc
est vtique proprium illud et peculiare religioni a Christo traditae signacu-
lum vere diuinum, quo a Mosaica distinguitur, eamque longe praezellit,
quod quorum in hac imagines fuerunt et umbrae bonorum, in illa exhibe-
tur ipsa eorum substantia, et auctor ipse supremus, in quo uno et solo
sic posita est salus omnium, vt re alia nulla opus fit ad eam obtinendam,
quam fide eiusmodi obsequiosa, qua eius nos disciplinae toto animo sub-
iiciamus. Ad hanc ipsam vero nouae suae religionis disciplinam, quid maxi-
me requiratur, paulo nunc vberius, continuata hac allegoria, Christus ex-
plicit v. 51. Non enim repetit tantum, quae paulo ante dixerat, sua se
doctrina et institutione talem iis offerre viatum ad sustentandam vitam,
quo, qui recte vtuntur, possint aeternum viuere, *εγὼ εἰμι ὁ αὔτος ὁ ζων,*
panis